



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 48. A catholicorum Scriptorum lucubrationes & obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. S. Augustini collectas, tractatum de virtutibus moralibus. VIII. Joannes Paulus ab Epiphania Carmelita Excalceatus posteris reliquit cogitationes sacras, morales ac politicas de naturæ vicissitudinibus, Historiam civitatis Messanensis, artem concionandi, discursum Academicum in epistolam B. V. ad Messanenses præter plurimas orationes & Venerabilium vitas. IX. Matthias a Corona Carmelita typis vulgavit duodecim tomos de Ecclesia Romana, ejus Primatu, Pontificum auctoritate, Episcoporum spirituali & judiciali potestate, de Missionibus Apolicis, de dignitate Cardinalium, Legatorum &c. & de Sanctitate ejusdem Ecclesiæ.

§. XLVIII.

Acatholicorum scriptorum lucubrationes & obitus.

*Du Pin Bibl.
des Aut.
Eccl. t. 17.
Rolli Bibl.
nob. Theol.
Witte mem.
Th.*

Celebre sibi nomen inter Scriptores Acatholicos hoc anno defunctus comparabat Gisbertus Voetius Calvinianus Præco; cum enim Sylva ducentes Protestantes ad certamen Catholicos ejusdem Urbis Parochos provocassent, & Cornelius Jansenius edito suo

Alex

Alexipharmaco Calvinianæ sectæ principia evertisset, eis que iniquitatem ac fraudes, quarum ope disputationem haberi vellent, exprobrasset, & eos ad liberum publicumque certamen invitasset, Gisbertus Voetius pudore suffusus, quod Sylvaducenses Præcones in ejusmodi certamine comparere ausi non fuisset, saltem Jansenii scriptum notis insicere, sategit, ubi vero contra eum Jansenius suam *Spongiam notarum* ediderat, Voetius suam *taussam desperatam* *Papatus* jam mortuo Jansenio opposuit, a Liberto Fromondo egregie confutatus. Præter hosce libellos Voetius etiam edidit Bibliothecam studiosi Theologici, Disputationes selectas, Politiam Ecclesiasticam, fabulam de Joanna Papissa, vindicias pro lege & Imperio contra Hobbesium, & nonnulla alia. II. Daniel Fesselius scripsit libros quinque adversariorum Sacrorum, Theatrum Theologico-Historicum, Christum Mysticum, Promptuarium Biblicum, Regnum Christi & Diaboli, Theosophiæ mysticæ nucleum præter alia. III. Joannes Tombes publici juris fecit animadversiones de justificatione, Antipædobaptismum, atque animadversiones in Bulli harmoniam Apostolicam. IV. Petrus Haberkorn vulgavit vindicias Lutheranae fidei

con-

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

Sæc. XVII. contra Hunnium, syntagma disputarum Theologicarum, Heptadem disputationum Anti-Wallenburgicarum & Anti-Valerianum &c. V. Nicolaus Rudbeckius prælo subiecit disputationem in Epistolam ad Rom. memorialium locorum Theologicorum, & tractatum de gratia. VI. Joannes Vorstius scripsit commentaria de Hebraismis & Adagis N. T. Dissertationes Sacras, conciliationem inter Joannem & Paulum circa justificationem, de gratiæ Divinæ efficacia, & de Paradiso. VII. Joannes Seld edidit idolum Syncretisticum, scrutinium articulorum fundamentalium Topicam Calvinianam, & Harmoniam Orthodoxiæ Paulinæ circa Prædestinationem &c. VIII. Thomas Tully scripsit Enchiridion didacticum præceptorum Theologiæ capitum, expositionem Symboli Apostolici, & justificationem Paulinam sine operibus. IX. Jacobus Schallerus edidit disputationes de tarda Dei vindicta, de fraterno amore, de Divinatione, superstitione, blasphemia, homine avaro, hospitalitate, abstinencia circa cibum, de expositione infantum &c. scripsit etiam de tortura in Christiana Republica non exercenda, de contumelia, de Simonia, de bono & malo morali, de indulgentiis, de Christo offensiois lapide,

pide, pluraque alia. X. Guilielmus Sæc. XVII.
 Moma a Leidenſibus Lugduno, & a A. C. 1677.
 Principe Auriaco ob Cocæianas opinio-
 nes Medioburgo eiectus ſcripſit de Oe-
 conomia teſtamentaria, de adventu
 Schilo, & meditationes in Catechiſ-
 mum Heidelbergſem & epistolae
 D. Pauli.

§. XLIX.

*Salubria ſummi Pontificis edicta pro
 morum correptione.*

Hujus anni poſt Chriſtum natum mil-
 leſimi ſexcentiſimi ſeptuageſimi Godfrid
 cont. Hiſt.
 ſeptimi auſpicio Innocentius XI. ſum- Chron. t. 3.
 mus Pontifex tollendis, quæ ſubinde pag. 232.
 irreperant, morum corruptelis ſacra- Theatr. Eu-
 rop. tom. II.
 bat, hancque in rem quatuor Cardina- Palat. in
 les, inter quos Recanetus eminuit, ſe- vita Inno-
 centii XI.
 ligebat, præprimis igitur conſtanter,
 totoque conatu Nepotes fovendi, di-
 tandique conſuetudinem abrogare ag-
 grediebatur, ac propterea veritus, ne
 fors hæc corruptela poſt ejus obitum
 reviviſceret, cunctos Cardinales exci-
 tabat, ut adjecta anathematis pœna
 Nepotiſmum, uti vocant, ſacramento
 ejurarent; ipſus quoque eis ſexemplo
 præluxerat; per integros enim duo-
 decim Pontificatus ſui annos Nepoti
 ſuo nec unicum obulum ex Eccleſiæ
 pro-